



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Hæreditas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

26 Priuilegia Religiosorum, quæ abrogantur *Sess. 25. c. vlt. Trid. Concil.* intelliguntur quæ sunt contra Iura, de quibus agitur in præced. capitibus de Regularibus.

27 Quod quis potest ex priuilegio concessio dignitati, aut ex officio, potest alteri committere. Talia sunt priuilegia concessa Prælati Religionum.

28 Priuilegio dato à Papa non possunt Religiosi renuntiare sine eius licentia.

29 Priuilegio sibi cum alijs communi non potest quis renūciare sine Superioris licētia.

**Vide Fum. Priuilegium, numer. 9. Syl. eodem num. 10. §. 8.*

30 Priuilegio tuo gaudet etiam socius tuus, si tibi alioqui est inutile.

**Vide Syl. l. c. num. 6. Fum. num. 12.*

G R E X.

1 **G**Regem porcorum faciunt quatuor, aut quinque, ouium verò decem.

Gula, vide Comedere.

Habitus, vide Fides, Vestis.

Hæreditas, vide Alienatio. Contractus, Debitum, Dos, Legitima, Parentes, Peculium, Testamentum.

1 **D**eficientibus descendētib, & ascendētib. potest quis hæredem instituere

M s. quem

quem velit: & deficientibus filiis legitimis, potest instituire naturalem, relicta tamen legitima ascendentibus.

* *Syl. Hereditas. 1. num. 2.*

2 Filiam sufficit instituire cum sola dote.

3 Legitima successione deficiente succedit coniux (& interdum dominus loci, ex praescripta consuetudine:) deficiente verò etiam coniuge, Fiscus.

* *Vide Syl. l. c. num. 5. in fine.*

Dominus loci? *vide Syl. l. c. num. 12.*

4 Intestato non succeditur in agnatis, id est coniunctis per patrem, nisi usque ad decimum gradum, secundum Ius Civile, qui secundum Canonicum non idem est in collateralibus; de quo vide *Matrimonium*. In cognatis verò, id est, per matrem, vel amitam, usque ad sextum.

* *Vide Syl. c. Mol. d. 164.*

De gradibus consanguinitatis tam civili, quam canonico iure computandis *Mol. d. 161.*

5 Ab intestato succedunt filij æqualiter; quorum si aliquis sit præmortuus, pro eo succedunt eius filij, & filia, & pro his nepotes. Habetur autem loco filij Monasterium, capax possessionis, propter Monachum.

* *Syl. c. vide Mol. d. 164.*

Habetur? *Fu. Hereditas. 8. Syl. eod. nu. 10.*

6 Deficientibus filiis succedunt pater, & mater æqualiter, & pro ijs auus, & avia ex utraque.

utraque parte. Quod si defuncti pater sit mortuus, succedit ei sola mater, non auus paternus. In ascendentibus enim qui propinquior est, remotiorem excludit: secus est in descendentibus. Quod si, nec filij sint, nec ascendentes, nec vxor, succedit filius naturalis, & patri, & auo, in sexta parte; si mater à patre domi ut concubina habebatur, cuius sextæ dimidium matri debetur: sed de ijs viderint Iurisconsulti.

*Vide §. sit igitur, & tot. tit. in auth. de her. ab intest. Mol. d. 163. in fine. De successione ab intestato Descendentium Mol. dist. 162. Ascendentium 163. Collateralium 164.

7 Filius naturalis succedit matri, vt legitimus, non autem spurius propriè: etsi quidam id concedant, quando matri non sunt legitimi filij: certè à matre sibi relicta potest tenere, donec per iudicem priuetur. Imò potest ipsum mater instituerè secundum quosdam, & si vulgò habetur legitimus, vocare in testamento legitimum, scilicet secundum vulgi communem opinionem. At spurius, id est, vulgo conceptus, seu patre incerto natus, matri succedit, nisi hæc sit illustris. Sunt & qui dicunt, filium solutæ ex coniugato, vel Presbytero succedere matri, vt naturalem.

*Filius? Mol. d. 166. concl. 7. vide totam dist. At spurius? si natus sit ex coitu dānato & humana lege puniēdo, non succedit matri Mol. l. c. concl. 4.

M 6

8 Le-

8 Legitimus viuente patre, succedit ei, vt legitimus; item que adoptatus.

* De legitimatione *Mol. d. 173. 174.*

9 Spuriij fratres, si sint vterini, succedunt sibi inuicem ab intestato. Alioqui spurijs, id est, damnato per ius Ciuile coitu natis, non succedunt parentes, nec fratres, nec contra.

* *Vers. Mol. d. 167. vbi de successione spuriorum concl. 12. § Alioquin ibid. concl. 11.*

10 Parentes, fratres, & sorores succedunt simul ab intestato. Quod si parentes mortui, succedunt aui cum nepotibus, vt supradictum est: fratres tamen & sorores ex vno latere tantum, non succedunt cum ascendentibus defuncti: nec cum fratribus eius ex utroque latere, aut his defunctis, cum eorum filijs.

* *Vide Mol. d. 163. 164.*

11 Deficientibus filijs, & parentibus, & fratribus, eorumque filijs, succedunt propinquiore in capita, etiam foeminae: nec fit distinctio inter coniunctos ex vno latere, aut ex utroque.

* *Vide Ang. Haereditas. nu. 1. Mol. d. 164. concl. 9.*

12 Vxor pauper succedit cum filijs quantum ad vsumfructum in quarta parte, si sunt vsque ad tres: si plures, per capita cum illis, nisi ei vir aliquid legasset: idemque est in viro paupere, mortua vxore.

* *Vide Mol. concl. 10. l. c.*

13 Libero mortuo sine liberis, succedit pa-

tronus.

tronus ab intestato. *Mol. d. 160.

14 Monasterium succedit Religioso profes-
so ab intestato, relicta tamen legitima filijs,
& horum defectu ascendentibus, & dote fi-
liabus.

*Vide Fum. Hereditas. 8. Syl. num. 10. Ang.
17. eod.

15 Intestato Clerico non habenti cognatos,
succedere debet Ecclesia cui seruiebat; sed
forte iam succedit Camera Apostolica.

*Vide Fum. l. c. 4. Syl. Clericus. 4. n. 13.

16 Spurius potest à patre hæres institui, cum
conditione si legitimetur à Principe.

*Iulius Clarus q. 31. §. testamentum, Couar. Epit. p.
2. c. 8. §. 5. nu. 12. Mol. di. 169. in fine.

Pater non Clericus, neque religiosus vi-
uens, & moriens extra testamentum potest
filio spurio donare, & relinquere. *Sot. l. 4. q. 5.*
ar. 1. col. 9. Bannes pr. eamb. ad q. 62. pag. 96. 97.
nullum spurium ait, neque in vita Patris, ne-
que post mortem ex testamēto posse aliquid,
preter alimenta accipere, & mortiferè pecca-
re, si id faciat, & teneri restituere ante senten-
tiam. *vide vers. Filius. n. 30.*

Spurio alimenta, (nisi habeat aliunde) &
spuriæ dotem tenetur pater dare iure natu-
ræ. *Bannes l. c. Couar. l. c. §. 6. num. 9.*

Princeps autem potest legitimare filios
etiam clericorum ad hæreditatem, & donati-
onem. *Bannes l. c.*

17 Spuriū potest extraneus hæredē instituire.

**Vide Mol. dist. 169.*

18 Occidēs aliquem vt ei succedat, potest succedere vsque ad condemnationem per Iudicem. Excipe tamen occidentem vxorem, vt supra Dos..

19 Cum in pænā delicti prohibetur aliquis hæreditate, requiritur sententia Iudicis.

**Vide Bannes l. c. pag. 95. Sat. l. 4. q. 5. art. 1. col. 8. & l. 1.*

20 Institutus hæres ea spe, vt hæreditatem restituat spurio, non tenetur, etiamsi promississet: nec tamen tenebitur restituere confanguineis defuncti, aut Fisco, ante condemnationem; si tamen restituat spurio, iste poterit tenere. Potest quidem ille sibi accipere, & postea spurio liberè donare. Quidam tamen dicunt, si cum pacto restituendi accepit, tenent alij etiam cum pacto acceptam, dandam succedentibus ab intestato.

**Hanc quæstionem vide apud Bannes l. c. tres referentem sententias pag. 97. De eadem re multa Mol. d. 169. Salon. 2. 2. q. & ar. 5. de dominio videtur docere contraria.*

Potest *3 Mol. l. c. concl. 2.* si sine vlla conditione, sed sola spe fuit hæres institutus.

21 Pactum renunciantis hæreditati alioqui debitæ non valet, nisi firmetur iuramento, (sed si est enormis læsio, poterit petere Absolutionem à iuramento) aut sit pro eo datū
æqui-

æquiualens, aut si in fratris gratiam renunti-
auit: sed tunc accipienda legitima. Quod si de
patris consensu sit factum, potest pater con-
sensum reuocare.

**Vid Sylu. Pactum, num. 15. Couar. 3. p. initio de
pactis.*

22 Filiam, etiam si cum iuramento renunti-
asset hereditati, potest pater postea instituere

**Couar. l. c. num. 8.*

23 Si quis exhæredetur, potest petere hære-
ditatem, donec causa probetur.

**Causa enim exhæredationis, que in testa-
mento necessario exprimenda est, probari
debet, si filius instet. vide Couar. c. Raynutius. de
testa. nu. 5.*

De causis exhæredationis, vide *Molin. di-
stinct. 176.*

24 Si hæres nolit adire hereditatem, poterit
adire qui fuit exhæredatus.

25 Si cui descendentem relinquitur hereditas,
aut sit legatum, aut donatio cum pacto, vt
post mortem det alteri totum vel partem, in-
telligitur, si non habeat liberos: his enim suc-
cedent etiam foeminae.

**Vide Mol. d. 190. initio.*

26 Hæres institutus ab eo, qui factus Mona-
chus in monasterio possidente bona non suc-
cedit ante illius mortem. Quod si ille inten-
debat ingredi religionem, testamentum pro-
fessione velut morte confirmatur.

27 Cui

7 Cui relicta bona cum pacto, vt sine liberis decedens det Petro, si sit Religiosus profectus, potest dare Monasterio: est enim id loco filij: nisi appareat testatorem Monasterium excludere voluisse. *Vide de probat. ca. In praesentia.*

28 Statutum excludens filium à successione, intelligitur solum ab intestato, & in bonis quæ intra territorium statuentis.

29 Infidelis, patre ad fidem conuerso, perdit ius hæreditatis.

*Item à fide deficiens *Mol d. 176. col. 781.*

30 Non potest filia exhæredari, quia nupsit patre inuito, nec quia nupsit indigno, at potest si elegit turpem vitam.

**Vide Mol. d. 176. Sor. d. 29. q. 1. art. 4. ad 4. & potest Couar. l. c. n. 15.*

31 Non potest institui hæres damnatus ad mortem, aut perpetuò ad exilium, vel trimes.

**Fum. l. c. n. 36.*

32 Hæres ex testamento minus solemniter, potest hæreditatem retinere, si ei constet de voluntate testatoris. An verò hæres alioqui necessarius, & executor teneatur ad voluntatem testatoris, deficiente solemnitate, non conuenit inter Doctores: ego nō puto teneri.

**Bannes l. c. pag. 95. & 100. Innoc. Pano. & alij quidam tamen ab eo citati negant.*

An verò vide citatos. *vers. Contractus 1. Testamentum*

testamentum 3. *Couar. cap. Cum esses, de testam. nu. 6.*

Ego non puro 3 *Couar. l. c.*

33 Si hæres non adit hæreditatem, institutus in re certa, erit hæres vniuersalis.

34 Hæres intra tres menses à notitia testamenti potest hæreditatem nondum aditam repudiare. Quod si facit inuentarium non tenetur ad debita, & ad legata vltra vires hæreditatis, alioqui tenebitur in foro exteriori si adeat: nec detrahit Falcidiam: debet verò incipere inuentarium intra dies triginta, à dicta notitia, & intra alios sexaginta perficere, etiam si post illos triginta inceperit. Nec intra dictum tempus potest molestari à creditoribus vel legatarijs: debet verò facere cum Notario, citatisque creditoribus, & legatarijs.

*De inuentario multa *Mol. d. 216. 17. 18.*

Quod si 3 *Vide Mol. l. c. col. 992.* vbi docet, posse Falcidiam detrahi ex legatis, si non superfit quarta bonorum defuncti pars; multasque recenset inuentarij utilitates.

Debet 3 *Mol. d. 218.* vbi pulchrè de forma inuentarij.

Nec intra &c. 3 *Mol. l. c. col. 111.*

Hæres autem non conficiens inuentarium, aut ad deliberandum tempus postulans tenetur in foro animæ ad debita soluenda, vltra vires hæreditatis. *Mol. diff. 217. col. 106.* alij tamen negant; (non tamen legata ante latam sententiam, etiam si id lex velit.) *16. col. 107.*

35 Ante

35 Ante æs alienum deducendæ impensæ funeris, & quæ necessariae ad adeundum hæreditatem: & quidem factas circa corpus Redoris Ecclesiæ, soluet successor; at vestes lugubres, & sepulchrum magnificū, hæredes. Post soluenda debita, ultimo legata, etiam à fisco; si hæreditas est confiscata: in debitis verò intelliguntur etiam vota realia defuncti.

**Conar. c. Raynaudus. de testa. §. 3. nu. 2. Mol. d. 235.* qui tamen docet, ære alieno oppressum mox moriturum videntem bona vix sufficere creditoribus, debere præcipere, vt, ad debita soluenda de impensa funeris detrahatur quantum fieri potest; dum tamen cadauer nõ deferatur ad tumulum sine lumine, cruce, sacerdotibus.

Nouem dies conceduntur hæredibus post humatum cadauer, ne à creditoribus molestia affici possint; post hos dies conficitur inventarium, constituuntur tutores. *Mol. l. c.*

36 Ad hæredem non transmittitur obligatio, nisi quæ est ex iustitia: tenetur verò ad contractum testatoris, etiam si tangat suam legitimam.

37 Contractus factus pro se, & filijs, & hæredibus non comprehendit hæredem extraneū, id est, non coniunctum in quarto gradu salte consanguinitatis, vel affinitatis.

38 Hæredis culpa in restituendo non nocet defuncto.

**N. H.*

** Nau. c. 17. n. 68. P. N. l. 4. c. 4. numer. 75. Syl. Testamentum q. 8. Io. Med. c. de pæn. q. 43. in fine. vide Io. B. Cor. q. 189.*

39 Haeres bona fide soluens debitoribus, vel legatarijs prius petentibus, non tenetur nisi de eo quod superest; sed priores creditores habebunt actionem contra illos.

40 Haeres detrahit Falcidiam, id est quartam partem hæreditatis grauatae legatis non ad ipsas causas ultra tres partes, nisi testator prohibuisset detrahi, aut haeres non confecisset inuentarium, aut esset legata dos.

** Vide Couar. c. Rainaldus. l. c. 6. 3. num. De deducenda Falcidia quædam Mol. dist. 187. plura d. 213.*

41 Detrahit etiam Trebellianicam, id est quartam partem, quando debet hæreditatem restituere per fideicommissum, nisi testator prohibuisset detrahi, aut restituenda esset hæreditas piæ causæ, aut ipse esset institutus in certa. Computatur autem aliquando in Trebellianicam fructus percepti.

** Trebellianica, multa Mol. d. 187.*

42 Collatio bonorum in commune debet fieri ab hæredibus si sint descendentes, & non contenti acceptis à patre, aut legatis velint in hæreditate succedere. Solent autem conferri profectitia, & dos filij, & donatio propter nuptias.

** Vide Mol. d. 237. copiosè differentem. Solent 3. Mol. d. 238.*

43 Non conferuntur autem sumptus in alimentis filij, etiam coniugati, etiam in conuiuijs, vt Doctoratus, vel Missæ nouæ, vel in peregrinatione, vel recreatione, vel liberatione. Includuntur verò in alimentis vestes ordinariæ, & excessus in expēdendo ad sustentationem, (non autem vestes pretiosæ, vt quæ solent sponsæ dari, computandæ veid sunt pretio quo in præsentem valent) vel in libris datis filio absoluto studio cum prope esset, vt exerceat, (quidam tamen dicunt computandos si non erat Doctor, attendendumque valorem præsentem) aut expensum ad acquirendum filio officium, vel gradum, nec vendibilem, nec ad heredes transferibilem, vel donatio simplex validè facta filio sub potestate patris, vel morte confirmata, vel remuneratoria, aut facta à matre, vel auia, vel auis paternis, vel lucrum factum proprio nomine ex pecunia communi. At donatio ob causam facta, aut filio emancipato, confertur.

*De impensis factis pro filio ratione studij vide Mol. d. 239. Lopez p. 2. c. 22.

Alimentis & c. vide Mol. d. 238.

Includuntur Lopez l. c.

Vel in libris si erant traditi à Patre filio. Nau. c. 17. nu. 159. vide Mol. d. 239. col. ult.

Aut expensum si idem dicas ad sacros ordines suscipiendos Mol. d. 238. in fine. De off. Mol. d. 241.

44 Societas fratrum in lucro omni, non intelligitur in lucro ex officio publico, aut merito personę, sed ex negotiationibus.

*Syl. Peculium. 2. nu. 45.

45 Si pater filij aduentitia bona dilapidauit, tenentur ei reliqui fratres: tenentur, & pro parte sua sustinere onus solutionis factę à parte ex pietate pro filij delicto: quod si ex necessitate soluit, solus filius ille sustinebit.

*Vide Lopez p. 2. c. 23. Syl. Peculium.

Hæresis, vide Bulla Cæna, Episcopus, Excommunicatio, Filius, Fiscus.

Non est hæreticus, qui ex infirmitate animi de fide dubitat, non pertinaciter; quin etiam secundum *Can. l. 12. de loc. c. c. 9. ad l. dum dubirat*, non est censendus hæreticus: in dubio enim non est pertinacia quæ ad hæresim requiritur; tamen in contrarium est communis sententia, quæ tenenda est, nec qui per ignorantiam errat contra fidem, se tamen Ecclesiæ Romanæ submittens, paratus id credere, quod illam credere intellexit. *Vide s. Damnamus. de summ. Trinit.*

*De hac re *Azorius l. 8. c. 9. & alij.*

**Nau. c. 11. num. 22. Tol. l. 4. c. 3. nu. 8. Syl. Hæresis. l. nu. 6. Caiet. vers. Excommunicatio. c. 1.* hæresis non est, nisi sit error pertinax: est autem pertinax, dum homo scit, assertionem esse damnatam ab Ecclesiâ, vel diuinæ scripturæ repug-